

Cambaeth est quoddam magnum regnum uersus ponentem quod regem habet & loquelam per se & nulli redunt tributum gentes adorant ydola & *adorant ydola*
de isto regno uidetur stella tramontana magis alta quoniam quantum magis
itur versus magistrum tantum melius uidetur stella tramontane. In isto regno
93^r fiunt multa mercimonia & est ibi Indum ualde bonum & in magna habundantia.
habent etiam bucheranum & bombicem in magna quantitate. quoniam ab isto
regno per multas alias partes feruntur & prouincias fiunt etiam ibi multa merçi-
monia de corijs. nam ibi laboratur tam bene quemadmodum in alijs partibus sunt
etiam ibi multa alia mercimonia de quibus noster liber non faciet mencionem
quoniam nimis esset longa materia Et illuc mercatores cum multis mercimonijs
ueniunt. set magis aportant aurum argentum ramum & ruçiam de patria sua quam
aliquid aliud & secum reportant de mercimonijs huius regni. uidelicet de illis
de quibus credunt maiorem facere profectum. & in isto regno non sunt pyrate.
set de mercimonijs uiuunt & artibus. & sunt bone gentes. In eo non sunt alia
digna Relatu quare ult[er]ius procedentes dicemus de regno semenath :/

Semenath est quoddam magnum regnum uersus ponentem cuius gentes adorant
ydola regem habent & loquelam per se & nuli redunt tributum. In eo non *adorant ydola*
sunt pyrate set uiuunt de mercimonijs & artibus. Nam in isto regno fiunt
magna mercimonia. & illuc mercatores de multis partibus accedunt cum multis
mercimonijs que in isto regno uendunt. de mercimonijs regni secum postmodum
reportantes. sunt insuper multum crudeles & perfidi ydolatri. alia uero dicenda ibi
non sunt/ quare ulterius procedentes dicemus de quodam regno nomine kesmacoran:

93^v **K**esmacoran est quoddam regnum magnum quod regem habet & loquelam
per se. alique gentes adorant ydola. set maior pars sunt saraceni. uiuunt *adorant ydola & sunt*
de mercimonijs & artibus & habent risum & frumentum in magna *etiam ibi saraceni*
quantitate. nam risum lac & carnes comedunt. Illuc multi mercatores per mare *nota*
& per terram accedunt cum multis mercimonijs & postmodum reportant de
mercimonijs huius regni alia non sunt in eo que dicenda sint. Et istud regnum
est ultima prouincia Indie eundo uersus ponentem & magistrum. nam usque ad
hanc prouinciam discedendo a maabar. & omnia alia regna & prouincie quas
nominauimus a maabar usque usque huc sunt de Jndya maiori. & descripsimus
de hac maiori Jndya solum prouincias & ciuitates supra mare existentes. & de hijs
que infra terram sunt non diximus quoniam nimis esset longa materia. & ideo
ab ista prouincia discedentes dicemus de quibusdam insulis quarum una nun-
cupatur mascula altera uero insula feminina :/

Insula quidem que mascula nuncupatur est in alto mari bene per quingenta
miliaria uersus meridiem quando quidem disceditur a kesmacoran omnes
sunt xpistiani baptizati. & obseruant mores & consuetudinem ueteris testa- *Isti sunt xpistiani bap-*